

M
0
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22



Nr. Praesides

1. Beckmann - De vicariatu Imp. R. Germ.
2. Bistorius - Sollicitatoribus Cameralibus.
3. Fritsch - regali viarum publicarum iure.
4. Goth - potestate domini territorii & obligat. subdit.
5. Matthie - Comitibus Imperii.
6. Werthoff - alienatione et concessione jurium regalium
7. Rohde - libertate Germanorum.
8. Mauritius - Nobilitate Germanica.
9. Kestner - fundamento Reipubl. Rom. Germ.
10. Wolden - statu nobilium civili.
11. Fritsch - iure Hospitalitatis.
12. Schwendendorfer - iure Noctis.
13. Lyncker - Potestate.
14. Ungebauer - iuribus ~~Maximae~~ Superioritatis Ma-
jestati competentibus.
15. Linck - iure Vestigalium.
16. Spener - re Monetaria in Imp. R. G.
17. Lyserus - Electoratu. Bohemia.
18. Struo - iure alienandi illustri.
19. Textor - plenitudine potestatis.
20. Szulecki - camera cum iudicio aulico non concurrente
21. Simon - violatione legati.
22. Decker - iure aperture.

- | Nr. | Profides | |
|-----|-------------|---------------------------------------|
| 23. | Ockel | De regali Postarum iure. |
| 24. | Donauer | - Conventionibus publicis. |
| 25. | Henelius | - iure publico Germanorum |
| 26. | Strauch | - Austregis. |
| 27. | Pregitzer | - Serenissimi Ducis Brunsvicensibus |
| 28. | Speigmann | - ius iura confraternitatis publicae. |
| 29. | Reichenbach | - Adoka. |
| 30. | Menchke | - Friderico III. Vicario imperii. |
| 31. | Suevus | - ludis equestribus. |
| 32. | Lyncker | - consensu electorali. |
| 33. | Cotichius | - iure primogeniturae. |
| 34. | Herper | - iure concedendi veniam aetatis. |
| 35. | Tritsch | - Visitationibus provincialibus. |
| 36. | Hahn | - iurisdictione et iure Nummi. |
| 37. | | |

I

D. XLV.
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

AD OHA, 28

Quam
Annuate Divino Numine
DECRETO ET AUTHORITY
NOBILISSIMI ICTORUM ORDINIS
IN INCLYTA HAC ELECTORALI
ACADEMIA

P R Æ S I D E

Viro Nobilissimo Excellentissimoque

DN. CHRISTIANO ERNESTO

Reichenbach / J. U. D. Pandect. Prof.

Ord. Facultatis Juridicæ h. t. Decano

Fautore ac Promotore suo ætatem colendo

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores Privilegia

ac Insignia Doctoralia ritè & legitime consequendi

Publico & solenni Literatorum Examine

submittit

JOH. WESTENDORPFF, Hamm.

Marco- Westphal.

In Auditorio Ictorum Ad D. 30. Jan.

•••*•••

HEIDELBERGÆ,

Typis Wilhelmi Walteri, Acad. Typogr.

M DC LXXIII.

122

DISPUTATIO THEOLOGICA IN VULGARIIS

De

ADOLPHO

ADOLPHO

ADOLPHO

ADOLPHO

ADOLPHO

ADOLPHO

ADOLPHO

MDCXXII





PRÆLOQUIUM.



Um Inclytæ hujus Universitatis Legibus de publicis privatisq; specimenibus Candidatorum disponentibus satisfacere constitui, & de Materia, quam mea tractaret Disputatio Inauguralis, sollicitus fui, in varias quidem incidi, sed præ aliis arrisit mihi materia adohæ, non adeò ut credo vulgata atque trita, sed sparsim à Dd, feudistis præprimis, tractata. Quanquam enim Jacobus de Ayello Neapolitan. Camerae Regiæ quondam Præses, de Jure Adohæ, relevij, atq; subsidij tractatum quendam conscripserit, succinctus tamen & exiguus ille est, ita ut quæ adoham concernunt, vix dimidiam folij partem compleant, & potissimum ad Neapol. mores, constitutionesve directus. In presenti disputatione egomet eò allaboravi, ut & ea, quæ in

A

Repu-

Republica nostra, nostroque foro utilitatem habere possunt, benevoli Lectoris conspectui exhibeantur, quem ut de labore hoc benignè iudicet, decenter & obnixè peto.



Caput Primum.

De

Causa introductæ ad hæc, ejusdem descriptione, alijsq; ad nominis & rei explicationem pertinentibus.



*Cur feuda
introducæ*

Ommunem feudorum naturam hanc esse, ut ex iis præstentur, dominis servitia militaria, in vulgus notum esse credimus. Testatur enim hoc ipsum præter experientiam, manifesta feudi descriptio 2. F. 20. in f. tradita. Colligitur hoc ex gentium illarumquæ feuda primitus introduxerunt, intentione, cum certum est historicorum scriptis satis comprobatum sit, gentes, præprimis germanicas, in varias sese diffundentes provincias, illasque belli jure occupantes, non tam pro servitio militari jam præstito, quam sub conditione fidei & operæ militaris adhuc præstandæ ducibus atque

que militibus suis in terris bello captis urbes, castra, villas & agros ad dies vitæ concessisse, ut illorum opera & victos in fide & obsequio continere, & hostes pugnis superare valerent. Conf. Arth. Duck. *de Auth. jur. civ. lib. 2. c. 6. n. 3.* Conring. *de O. Jur. Germ. cap. 32. circa fin.* Myler. *Archolog. Ord. Imp. c. 5. §. 6. & seqq.* Apparet deniq; hoc ex ipso nomine & titulo, quo Vasalli in jure F. notantur, dum nimirum 2. feud. 21. & 22. milites appellantur, scilicet, ut ex solo nomine constare possit, vasallum non ad hoc, ut molliter securaret, beneficium accepisse, sed ejus nomine domino suo ad servitia militaria obstrictum esse: Cum vero nulla obligatio ad factum adeo stringens sit, quin præstando id quod interest, obligatus ab ea se liberare possit. *l. 13. §. 1. de Re judic. l. 72. ff. de V. O. l. ult. si quis in jus vocat. non ierit* (alioquin enim non parum jus libertatis infringeretur *l. 71. §. 2. d. cond. & demonst.*) & præterea adversa valetudine, senio, aliave ratione impeditus esse possit vasallus, quo minus ipse in persona aut personaliter, ut loquuntur, domino servire queat, ideo & in domini, ne ille hoc casu omni adjutorio destituatur, & Vasalli favorem introductum est, ut pro servitio militari quandoque solvatur aliquod stipendium, ceu colligimus ex *text. 2. feud. 54. verb. aut eundo cum ipso* (Rege videlicet) *aut pro quantitate feudi stipendia militia persolvendo* item ex *text. 2. feud. 55. §. firmiter*, verb. *vel dimidium redditus feudi unius anni domino non subministraverit* & *text. 2. feud. 40. in verb. in petendis hostenditiis vasalli, qui cum Rege non vadunt.* Quod stipendium pro servitio militari, aut loco hujus servitij à Vasallo præstitum aut præstandum, à feudistis vocari consuevit *Adoha* vid. Matth. de Afflic. *decis. 252. num. 3.* Renat. Choppin. *in consuet. Andegav. vol. 2. lib. 2. p. 1. tit. 1. artic. 4.* Borrin. *de servit. Vasallor. p. 3.*

Cur loco servitii stipendium admittatur.

Adoha quid

capit. 2. §. adoha. Jacob de Ayello *de jure adoha relevii & subsidii uum.* 52. Quæ vox licet barbara sit, & ex barbarorum traditionibus apud nos remanserit, ut scribit Camillus Borellus *summ. decis. part. 1. dec. 37. n. 8.* Eodem tamen jure, quo alia vocabula Longobardorum ut *Morgengaba, Morganatica, Felonia, Castaldia, Guardia, Valvasinus Cucurbitare &c.* retineri poterit. Cum nobis pariter, ut quondam Bachovio, nimis superstitiosi videantur illi, qui terminos usu receptos, ex eo solo, quod apud puræ latinitatis aucthores non reperiantur, rejicere satagunt. Cæterum unde dicatur adoha, curiosa magis, quam utilis est inquisitio. Adducamus tamen, quæ ea de re habent Anth. Capycius *decis. Neapol. 32. num. 34.* & Barthol. Camerar. *ad Leg. Imperial. d. prohibet. feud. alien. per Friederic. p. 742.* Omne feudum inquit illi, *in Regno Valoris viginti unciarum esse oportet, ut pro uno quoque feudo Rex habeat militem, vel si adoha eligitur à Rege, pro quolibet feudo habeat uncias 10 & dimidiam.* Verum quia multa feuda minoris redditus sunt, ut rei huic succurreretur, inventum fuit, ut multa feuda simul unirentur, & hoc servitium unciarum decem à quolibet feudo integro solvi posset, itaque stipendia militibus solverentur, adoha barbaro modo, id est, conjunctio dicta, sive ipsam conjunctionem in feudis, quæ minoris valoris erant, consideraveritis, sive in his, quæ majoris redditus erant, & taxa militum conjungenda erat, ut sciret curia, quot milites ab uno feudatario exigere posset.

Alibi hoc stipendium, quod Adoham vocant, nomine *hostenditiarum* venit. Ita namque 2. *feud. 40.* scriptum reperitur: *Hostenditiæ dicuntur adjutorium, quod faciunt dominis Romani cum Rege in hostem pergentibus.* vid. de hujus vocab. origine Marquard. Freher. *ad Const. Carol. 3. Crassi dicti.* Hottom. *verb. feud. Knichen. d. sublim. territ. jur. c. 3. num. 383.*
 & seqq.

Vnde dicatur adoha?

& seqq. Vocatur etiam adohamentum. In Gallia adoham
 vulgò exprimi per vocabulum: *Arriereban*. scribit Andr. *Arriere ban*
 Tiraquell. *de jure primigen. quest. 74. n. 1.* sed alias, & qui-
 dem varias vocis hujus, *arriere ban* esse significaciones do-
 cet Franc. Ragueau *indic. de droits Royaux & Seigneuriaux*
voc. arriere ban pag. 52. uti qq. de *heribanno* agit. Germanicè
 quibusdam dicitur *Königstewer/ Keyßgeld/ Heerstewer/ Heers*
schuld/ ab eo, quod hoc stipendium solvatur Regi aut Prin-
 cipi ad sustentationem & alimoniam exercitus Knichen.
d. cap. 3. numero 374. & seqq. Quemadmodum à vocabulo
Heer etiam dicitur, sed à præcedente differt. *Heerschliß* quasi
 scissio exercitus, ab aliis *desertionis flagitium* dictum. *Be-*
sold. thes. pract. voc. Heerschliß. infame namque, teste Tacito
de moribus germanorum, in omnem vitam ac probrosum, su-
perstites Principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri,
sua quoq. fortia facta gloria ejus assignare præcipuum Sacramen-
tum est. Princeps pro victoria pugnabat, Comites pro Principe.
 Insignis autem & præcipua in Imperio nostro Adohæ spe-
 cies illa est, quæ Regi solvitur ad parandum iter Romam
 versus ad suscipiendam ibi Imperii coronam, zum *Römers*
zug (de cujus Origine vid. Arnif. *de transtat. Imp. c. 7. n. 13.* *Römerszug*
 Conring. *de Germ. Imp. Rom. cap. 7. pag. 52. & seqq.*) ut con- *Römer-*
 stat ex text. 2. *feud. 54. verb. firmiter statuimus tam in Italia* *monat.*
quam Alemania, ut quicung. indicta publica expeditione Ro-
manam, ad suscipiendam Imperij coronam, Regem, aut sub Rege
Dominum suum, non adjuverit, aut eundo cum ipso, aut pro
quantitate feudi stipendia militiae persolvendo, si de vocatione
Legitima à Domino suo convinci per compares suos poterit,
feudum perdat : & Dominus in suos usus illud habeat redi-
gendi liberam facultatem add. ante alleg. const. Carol. 3. apud
Goldast. in Reichs-sakungen, & Johan. Limneum d. jur. publ.
lib. 2.

lib. 2. cap. 4. num. 107. R. A. zu Wormbs. de Anno 1321. 6.
 vnd als Wir 29. verb. Unsere Kayserliche Krone wie sich ge-
 bühret zu holen vnd zu erlangen & communiter exactio &
 contributio facta fuit sub titulo Der Römer: Monathe.
 Jur. Saxon. Vasallus loco servitorum pecuniam seu ado-
 ham solvens dicitur die fahrdlösen *per text.* in Lehns Rechte.
 cap. 4. Wann die Teutschen einen König kiesen vnd der dann
 gen Rom ziehet zu der Weihung/so seynd pflichtig sechs Für-
 sten mit ihme zu ziehen / die die ersten in des Reiches Köhre
 sind/ der Bischoff von Maynz/ vnd der von Trier/ vnd der
 von Cölln/ vnd der Pfaltzgraf von dem Rhen/ der Herzog
 von Sachsen/ vnd der Marggraf von Brandenburg/ durch
 des dem Pabst wissentlich werde/ des Königes rechte Köhre:
 auch soll damit ziehen ein jeglicher Mann mit seinem Herren
 der des Reiches Lehen: Gut von ihm zu Lehen hat / oder soll
 die fardt lösen mit dem zehenden Pfund des Zinses/
 Den er Jährlichen von ihme hat. Schneidvv. *epit. feud.*
part. 5. num. 114. Cæterum licet illa coronatio Romana ut-
 pote superflua vid. Arnif. *de Translat. Imperii cap. 7. n. 24.*
 & 29. Carpz. *de Leg. Reg. German. cap. 2. sect. 9.* Reincking.
d. Regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 3 cap. 8. num. 19. & seqq.
 Conring. *de German. Imperio Romano cap 10. pag. (mih) 104.*
 & *seqq.* ut & Lombardica, quæ olim fiebat Mediolani
 ab Archiepiscopo Mediolanensi, in defuetudinem abierint,
 Carpzov. *d. Leg. Reg. Germanorum cap. 11. sect. 10. num. 11.*
 Marquard Freher. *in not. ad Pet. de Andlo. lib. 7. capit. 6.*
 & novissimi Imperatores Maximiliani Rudolphi, Matthias,
 Ferdinandi & modernus Imperator Sacratissimus Leopoldus
 hanc coronationem, ut supervacua & imperio gra-
 vem non curaverint, Paurmeist. *d. Jurisdiet. Imper. Rom.*
 cap. 4.

66:(7): 90

cap. 4. num. 5. Spreng, *jurisprud. pub. pag. 156, ibique allegat*,
 indeque Rudolphus, I. Imperator quam optime effatus
 fuerit: *multos germanorum Reges Italia consumpsit, non ibo
 Romam, Rex sum, Imperator sum, nec minus pro utilitate,
 Reipub. me facturum confido, quam si Romæ fuisset coronatus,*
 ut ex Goldast. refert. *Limn. cap. 4. num. 106.* nilominus ta-
 men exercitus certo numero peditum ac equitum constans,
 ut 4000. zu Rosß vnd 20000. zu Fuß/ so das Simplum oder
 der Simple anschlag. R. A. zu Wormbs §. auch haben vns
 30. *Limn. jur. pub. lib. 4. cap. 7. num. 61. & seqq.* & ipsa Ado-
 ha secundum modum atq; æstimationem expeditionis Ro-
 manæ nach dem Fuß vnd Anschlage des Römerzugs / exi-
 gente Imperij necessitate atque utilitate, & Imperatoris
 Electorum, cæterorumque statuum consensu accedente
 colligi & præstari, ipsæq; collectæ so zu Reichs Kreis vnd
 Collegial Cassen zu lieffern / sub nomine der Römer Mo-
 nate / exigi & solvi solent. Confer. R. A. de Anno 1545. §.
 vnd damit num. 6. verb. daß ein jeder Chur-Fürst Fürst vnd
 Stand so in des Heyligen Reichs Hülffe gehörig vnd in dem
 Anschlag des Romzugs gefunden wird / für die Anzahl/ die
 im vermöge des Romzugs zu Rosß vnd zu Fuß zu erhalten
 gebühret die Besoldung / bezahlen vnd erlegen sollen R. A. zu
 Regenspurg de Anno 1603. §. nichts desto weniger aber 7. verb.
 sich abermal einer freywilligen mit leidiglichen Hülffleistun-
 zulegen an Gelde den einfachen Römerzugs nach zu erlegen
 erschlossen Carpz. d. Leg. Reg. Germ. cap. 8. sect. 6.
 n. 8. & lib 4. resp. 72. n. 13. *Limn. de jur. pub.*
 lib. 4. cap. 7. n. 61. & seqq.

ab. 1545
 - 1545
 - 1545
 - 1545

Ca-

305



Caput Secundum.

De iis quibus Adoha debetur, illamque exigere possunt.

*Quar. de
proprietario
& usufructuario.*

POSTquam in præcedentibus dictum, adoham loco servitii militaris præstandam esse, facile nunc apparet, illi adoham deberi, cui debentur servitia, cum surrogatum ejus, cui surrogatur, naturam sapiat, ejusdemque qualitatem retineat; *arg. l. 28. §. 1. de cond. & demonstrat. Carpzov. p. 2. const. 12. d. 2. n. 4.* Quærendum autem hic, si Dominus territorii cujusdam, in quo feuda habet, usumfr. alicui concesserit, utrum adoha debeatur domino sive proprietario, an verò usufructuario? Quæstionem hanc inter Michaelem & Petrum Coffas Patrem & filium, quorum ille huic certam terram donavit reservato sibi usufr. ortam quondam fuisse tradit Anth. Capyc. *decis. 184.*

Pro proprietario facere videtur (1.) Quod ut servitium, ita & adoha Domino debeatur, per antea datam regulam. Cum autem usufructuarius non sit dominus, facile appareat, non ipsi sed proprietario, utpote Domino adoham deberi. (2.) Quod usufructuarii commodum in percipiendis fructibus consistat, homo autem & sic Vasallus non sit in usufructu *l. 68. pr. ff. de usufruct. verb. neque enim in usufr. hominis homo esse potest.* quo argumento etiam utitur Capyc. *allegato loco.*

Pro usufructuario verò militare videntur sequentia, (1.) quod qui usumfructum habet, omnes habere debeat obventiones & utilitates *l. 7. pr. & §. 1. ff. de usufe. nec tantum*

COS

eos fructus lucrari, qui ex prædiis immediatè & natura-
liter nascuntur & renascuntur, sed etiam quicquid pro-
ventus & utilitatis occasione prædiorum haberi potest,
l. 9. pr. d. t. Joh. de Castell. de usufruct. c. 36. num. 34. De-
cian. vol. 2. resp. 35. num. 52. ubi dicit, quod usufructus
appellatio contineat omnes & universas utilitates & e-
molumenta, quæ quoquo modo ordinariè vel extraor-
dinariè percipi possunt ex re, in qua usufruct. debetur.
add. Brunneman. *Comm. ad ff. tit. de usufr. ad d. l. 7. n. 1.*
Atqui adoha est fructus seu obventio quædam fundi
dominantis seu illius, à quo feudum dependet. Ergò
2, Quod ex hac ipsa ratione ad usufructuarium quoque
laudemia pertineant, ut statuunt Guido Papæ *Decis. 477*
num. 2. & ibi Dd. in annotat. Francisc. de Klapper. *Con-*
sil. 64 quest. 1. Franzk. *de Laudem. cap. 7. num. 76.* ubi hac
de re accuratè scribit, Mylerus *Gamologia. Princ. cap. II.*
§. 1.

Antequam ad decisionem hujus quæstionis pro-
gredimur, videamus primò, an quæstio proposita se-
cundum Jura sit formata, & casum contineat dabilem,
cùm dubium esse possit, an & quomodo præter Vasal-
lum, qui jam tum à domino plenissimum jus & plus-
quam usumfr. habet, alius possit supponi & à domino
constitui usufructuarius ratione ejusdem feudi? Sed
utut hoc primâ fronte negandum videatur, eò quod
dominus seu proprietarius præter usumfruct. quem jam
tum Vasallo in fundo feudali concessit, non possit alii
ejusdem feudi usumfr. quem proprietarius ipse non am-
plius habet, constituere; Contrarium tamen veriùs pu-
tamus, ex eo quod propter ejusmodi concessionem aut
in feudum dationem non nulla jura & emolumenta do-
B mino

mino seu proprietario competant, ipsique ex feudo debeantur, veluti servitia, adohæ, laudemia, quæ, utpotè utilia & cum commoditate conjuncta, & quasi in locum rei in feudum datæ surrogata, à proprietate separari, & alii in usumfructum cum aliis rebus concedi posse, nulli dubitamus. Confer. Molin. *ad consuet. Paris.* §. 33. gloss. 1. numero 1. Franzk. *de Laudem. d. cap. 7. num. 69. 70. 71. & 72.* Quibus ita præmissis circa ipsius controversiæ decisionem primò inquirendum esse putamus, quid inter partes, proprietarium scilicet & usufruct. actum, quâ lege videlicet, mente & quibus formalibus usumfructum territorii alteri concesserit, num sibi servitia feudalia in generali usufruct. concessione reserverit, nec ne. Reservatione facta, aut pacto hac de re adjecto, illam & hoc sequi debemus, cum contractus ex conventionibus leges accipiant, *l. 1. §. 6. ff. de pos. c. 85. extr. de R. I. in 6to.* & semper id sequi debeamus, quod inter partes actum *l. 34. ff. de Reg. Jur. l. 41. de contrah. emt.* Deficiente verò speciali quâdam conventionem à partibus usufructuarii standum esse censemus, ob rationes modo allegatas. Quibus non obstant, quæ pro contraria sententia fuerunt adductæ. Ad primam enim respondemus, adoham quidem deberi Domino: si tamen dominus facultatem, emolumenta & utilitates percipiendi in alium transtulerit; hic ut usufructuarius adohæ commodum meritò percipiet, cum & usufructus in multis casibus pars dominii sit *l. 4. ff. de usufruct. ibique Dd.* & usufructuarius pro domino habeatur, atque appellatione Domini contineatur *l. 8. princip. ff. de reb. author. jud. possid.* Ad secundam respondemus hominem quidem non esse in hominis fructu, scilicet hominem

novi-

noviter natum seu partum non esse in fructu § 38. *Inst. de R. D. l. 28. ff. de usufr.* operæ verò hominis seu servitia, & quod ipsorum nomine & in illorum vicem datur, utique in fructu sunt, per *l. 3. 4. & t. t. ff. de oper. serv. t. t. ff. de oper. libert.* Licet ergò ad usufructuarium non pertineat homo ex homine fructuario natus, operæ tamen hominis, in quo usumfr. habemus, sine dubio in fructu sunt & usufructuarij lucro cedunt §. 3. *Instit. per quas personas nobis acquiratur.*

Secundò quæritur cui in exactiōe atque præstatione adohæ aut servitiorum militarium competat electio, utrum Vasallo, ita ut in ejus arbitrio sit, vel servitium præstare, vel adoham solvere, an verò in domini voluntate positum sit, utrum ille exigere velit?

*Quar. cui
competat
electio in-
ter servitia
& adohã?*

Reperiuntur in hujus quæstionis decisione diversæ Dd. sententiæ, Quidam enim electionem domino tribuunt, eo quod ipsi non magis quam creditori invito aliud pro alio solvi aut præstari possit *l. 2. §. 1. ff. de Rebus cred. Andr. de Isernia in cap. 1. de Capitaneis qui curiam vendiderunt. §. ult. num. 14. Ant. Capyc. decis. Neapolit. 10. num. 15.*

Econtra verò alii in feudatarium eligendi facultatem conferunt, cum regulariter electio sit penes debitorem *Jul. Clarus §. feudum. quest. 22. Schultz. synopsis. feud. cap. 10. num. 39. Springsfeldt de Apanag. c. 11. n. 122.* quorum sententia utur communis videatur, à nobis tamen ita simpliciter probari nequit Etenim si vasallo concederetur electio & liberum arbitrium, servitia præstandi aut adoam solvendi, sequeretur ipsum officio suo satisfacere, si domino in summo periculo constituto, ex quo nummis aut ære non poterat liberari, adoham

B 2

solvat,

solveret, quod tamen perabsurdum, & fidelitati domino debitæ præstitoque juramento prorsus contrarium, cum Vasallus etiam non requisitus dominum in discrimine versantem quovismodo & cum effectu liberare debeat, 2. feud. 24. 26. §. licet & 39.

Dispiciendum ergo hic esse putamus, num dominus per literas, ut fieri solet, durch die auffgebots oder auffmahungsbrieffe / alternativè requisierit Vasallum, ut, aut servitia præstet, aut adoham vel hostentias solvat, vel, si quidem alternativè loquutus non fuerit dominus, in genere tamen vasallum de præstandis servitiis requisierit, num vero dominus argentario subsidio sibi haud consuli sciens præcisè servitia, aut cum propter loca dissita, hostium incursiones, aliàsve causas miles ad locum residentis aut ubi dominus in periculo versatur, mitti non posset, adoham præcisè exegerit. Priori casu, requisitione scilicet alternativè, aut in genere facta, electionem feudatario competere largimur, non verò casu posteriori. Etenim cum dominus, in periculo constitutus scire possit ac debeat, quomodo sibi succurrendum & auxilium ferendum sit, utrum aere, an milite, & vasallus dominum, pro quantitate scilicet feudi, quovis modo, & cum effectu, ut ante dictum, adjuvare debeat confer. text. 2. feud. 6. vers. sed quia. Non videmus cur hoc casu vasallo liberum arbitrium tribuere, dominum vero indefensum, & in discrimine relinquere debeamus.

Inclinare huc quodammodo videntur Joh. de Anan. cons. 7 num. 14. Schrad. de feud. part. 6. cap. 6. num. 56. vers. licet hanc sententiam Rosenthal. cap. 8. conclus. 23. num. 13. ubi in notis sub lit. q. subicit, Si multum expedit.

pediat domino vasallum in persona venire, non admittenda reddituum contributio, & periculum atque necessitas a regulis communibus (quibus vasallo electio tributa videtur) secedere faciunt. Econtra etiam tali casu (necessitatis scil.) vasallus ad contributionem, si dominus exigat, cogi potest, etiamsi servire paratus sit. addantur Jason, Vultej. Zas. & alii ibi allegati Dd. Math. de Afflict. dec. 152. n. 2. Tiraquell. de jur. primogen. qu. 74. n. 2. ubi dicunt: quod si Princeps exigat adoham, Vasallus ipsam solvere debeat, neq; possit dicere se velle personaliter servire. Non ergo frustranea, sed utilis est, & ad sententiam nostram probandam facit illa literis convocatoriis auffmahnungs/ aufgebots oder auffforderungs Brieffen inferi solita clausula: So sind wir in ansehung jestermetter Ursache entschlossen anstatt sothaner Lehen-Pferde/das baare Geld/wiewol nur vor ditzmal / vnd ohne einige beyden theilen zuwachsende consequenz anzunehmen. Atque hæc de hac quaestione.

Caput Tertium.

De iis qui Adoham solvere debent.

ADoham loco servitiorum præstari, & ita eorundem naturam sapere, in præcedentibus dictum est, ex quo sequitur quod qui servitia præstare debet, is & ad Adoham solutionem teneatur, cum ergo (1) usufructuarius, de quo aliquando controversiam fuisse reperimus, de jure Civili pro Domino habeatur l. 4 ff. de usufr. omne lucrum percipiat, & ea, quæ ex re præstanda sunt, præstare, adeoque tributa atq; collectas solvere debeat, l. 7. §. 2. ff. de impens. in rem dot. fact. l. 28. ff. de usufr. leg.

Qu. r. de usufructuario, an ille debeat adoham.

B 3

Egid.



Ægid. Thomatus *de munerib. patrimon. pag 429, n.º 27. & seqq.* Carpzov. *lib. 1. resp. 105. num. 12.* Richter. *decis. 20. & 70.* ipsum quoque, non vero Vasallum ad servitia consequenter ad Adohæ quoque solutionem obligatum esse dici posset, cum Ant. Capyc *decis Neapolit. 184. num. 3.* ibique allegato Andrea ad Constitut. Neapolitanas, ubi dicunt, quod quando indiceretur subventio regia ratione rei, in qua esset ususfructus, esset onus fructuarij, Choppinus in *Consuet. Andegav. vol. 2. lib. 2. part. 1. tit. 1. art. 4.*

Sed antequam sententiam nostram exponamus, videamus primò & hoc loco, an secundum rationem juris Vasallus usumfruct. alii in re feudali concedere queat? Etenim si hoc negaretur, frustranea esset inquisitio in veritatem prioris sententiæ, quippe cui per hanc negativam præjudicium fieret. Et quidem Vasallum rem feudalem alienare non posse notorii juris est. *1. F. 52. & 55.* Cujus rei hæc perhibetur ratio, ne Vasallus facultatibus suis exutus ad servitia obeunda minus fiat idoneus. *2. F. 52. vers. per multas. 2. F. 55. pr.* Usumfructum autem alii concedendo exuere Vasallum sese facultatibus suis facile apparet, cum omnes utilitates fructus & obventiones in usufructuarium transferantur, ut in præcedentib. pag. 9. dictum, & ita Vasallus ex re feudali nullum amplius habeat commodum. Idque multò magis (2) confirmatur expresso text. in *l. fin. C. de reb. alien non alienand.* qua cautum: ne prohibita alienatione ususfructus concedatur. *Sancimus,* rescribit Imper. in *d. l. ult. Sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum domini alienationem vel mancipiorum manumissionem*

nem esse prohibendam, sed etiam ususfructus dationem. Imò (3) Feudum ratione Vasalli consideratum, seu jus illud in re, quod Vasallus habet, esse & dici ususfructum constat ex textu 2. F. 23. circ. finem. quomodo ergò alii ususfr. dare potest Vasallus fructuarius, ut tamen Vasallus maneat. Extraneo cedendo ususfr. nihil agitur, dicitur in l. 66. ff. de jur. dot. §. pen. Inst. de usufr. Confer. Alvarott. ad cap. Imperialem. 2. F. 55. Thomas de Martinis de gener. & qual. pact. feud. tit. 2. part. 1. n. 94. pag. 95. Rosenth. c. 9. concl. 10. n. 1. & 2. Sed utut vera hæc sint, & verum atque propriè sic dictum ususfruct. Vasallus in re feudali alteri constituere nequeat, quin tamen absque translatione juris sui in ipsa re feudali alteri facultatem fructus percipiendi concedere queat, non dubitamus arg. l. 12. §. 2. ff. de usufr. §. 1. Inst. de usu & habit. sic facultatem hanc percipiendi fructus oppignorari à Vasallo posse scribit Mart. Laudens. ad text. 2. Feud. 9. §. donare. vendi posse, ut emtor nomine vendentis, & quamdiu vendens vivit, fructus percipiat, asserunt, & plurimum auctoritate probant, Borcholt. de feud. c. 8. n. 58. Jul. Clarus. §. feudum q. 31. n. 9. Posse itidem in dotem dari statuunt Zac. de feud. p. 9. num. 8. Myns. cent. 6. observ. 86. n. 5. Gail. lib. 1. observ. 117. n. 7. & executionem ob æs alienum Vasalli in subsidium in fructus & commoditates feudales fieri posse constat ex traditis Hartm. Pistor. 1. q. 15. Carpzov. p. 2. cap. 25. def. 5. Fructus enim percepti & percipiendi, quamdiu Vasallus vivit, ipsius sunt & fiunt, transferre ergò, quid suum est, omninò potest, ita, ut Vasallus jus suum retineat, & ex ipsius persona vel nomine ipsius alter fructus percipiat, Vasalli vero jure resoluto jus qq. accipientis resolvatur. Quam
in

in rem eleganter scribit Camerar. ad L. Imperialem de prohib. feud. alienat. Aliud est, ita alienare, ut ab initio constituatur jus in re, aliud vero non causando jus in re, utpote cum fit alienatio indefinita, & nescitur, quo tempore duratura sit, & data hac incertitudine nullum jus in re constituitur. Dicemus namque, tunc eundem (in quem scil. facultas fructus percipiendi translata) non capere fructus jure proprio, quod habet in feudo, sed magis feudatarii vice illos habere &c. Ut in presentiarum mores dotalitia in feudis constituendi taceam, quibus facultas percipiendi fructus in viduas transfertur, & parcus sim in allegandis consuetudinibus, quibus pater usumfr. feudi, ut bonorum allodialium adventitiorum filii habet, quales in Ducatibus Montensi, Juliacensi, Archiepiscopatu Coloniensi receptas esse tradit Rosenthal. *synops. feud. c. 10. concl. 6. n. 4.* Quid quod etiam consentiente domino ususfr. à Vasallo in re feudali constitui queat, cum consensu domini accedente quævis alienatio licita fiat. *1. F 13. 2. F. 34. similiter* Hæc cum ita sint, & præter Vasallū quis consistere possit, qui commoditates & fructus feudales percipiat, non obstantibus iis, qui in contrarium allegat Vultej. *de feud. lib. 1. c. 10. num. 76.* ad quæstionis resolutionem nos conferimus, indagaturi, num ejusmodi perceptor fructuum aut usufructuarius ad Adohæ solutionem teneatur? Quod si inter Vasallum & fructuum perceptorem de servitorum præstatione aut solutione adohæ pactum intervenerit, illi standum esse facile constat. Sin, distinguendum esse putamus inter usufructuarium, in quem jus in re consensu domini translatum est, quive in numerum vasallorum, licet ad tempus, receptus est & investitus, & nudum fructuum per-

perceptorem, qui alterius, Vasalli sc. nomine fructus ex pacto aut contractu percipit. Illum, e.g. patrem usumfructum in feudo filii habentem secundum tradita Rosenthal, *d.l.* Maritum, feudum in dotem accipientem & de hoc investitum, ad servitia, consequenter ad Adohæ qq. solutionem teneri censemus, cum onera is ferre debeat, qui possessiones tenet & fructus percipit. *l.2. C. de ann. & trib.* & servitia atque onera feudalia commodum possessionis sequi dicantur. Rosenthal. *syn. feud. cap. 8. concl. 5.* Hunc verò ab Adohæ solutione immunem esse, aut si ut detentor & fructuum percipitor à domino ad solvendam Adoham coactus fuerit, secundum *d.l. 2. & leg. 7. ff. de publ. & vectig.* & illud commune: *Wen man in dem Sacke findet/den schüttelt man heraus.* vid. Klock. *de contribut. c. 1. n. 169. & seqq.* Garl. *de expens. c. 14. n. 19.* Carpz. *lib. 4. resp. 72. n. 25.* adversus illum, cujus nomine fructus percipit, regressum habere arbitramur. Garl. *d.l. num. 8. add. Brunn. Comm. ad ff. ad d.l. 7. num. 7.* Ad exemplum usufructuarij (2) subfeudatarium quoque, non verò subinfeudantem ad adohæ solutionem teneri statuit Springsfeld *de apanag. cap. 11. num. 231.* Quæ sententia duas propositiones continet, unam veram, alteram falsam. Etenim subfeudatarium ad adohæ solutionem teneri verum est, eò, quod jus in re habeat, vasallus sit, & servitia ex subfeudo debeat, ergò & adoham. Subinfeudantem verò non teneri ad adoham, veritati & juri repugnare censemus. Quemadmodum enim subinfeudans ratione sui domini, à quo feudum habet, est Vasallus, & non obstante subinfeudatione, quippe quæ jus primi domini intervertere & mutuam inter dominum & primum Vasallum contractam obligationem tollere

Qu. (2.) de
subinfeu-
dante &
subfeudata-
rio.

C

tollere

tollere nequit, Vasallus est, & ad servitia obligatus manet, ita quoque loco servitiorum propter surrogatorum naturam, ad adoham, non obstante subinfeudatione, tenetur. Jure namque feudali & omnium Dd. calculo comprobatur est, per subinfeudationem nullam fieri alienationem, (alioquin subinfeudatio vasallo non esset concessa etiam sine consensu domini, contra text. 2. feud. 34. §. similiter. & communem FF. sententiam) sed primum vasallum manere vasallum, ejusdemque obligationem, facta licet subinfeudatione, durare, subvasallum vero ipsius vasalli vasallum fieri, & inter hos duos aliam planè obligationem constitui. vid. *tex. 2. feud. 55. §. insuper. vers. illud quoque Jason de feud. tit. 1. n.º 35. Franzk. de Laudem, cap. 14. numero 44. & seqq.* ubi inter alia scribit, *Facta licet subinfeudatione aliquid juris tamen apud Vasallum subinfeudantem manet, ratione cujus & ipse & successores domino primo manent obligati, adeò, ut ei fidelitatem & debita servitia, ac si nunquam subinfeudatio facta esset, prestare tenentur* Add. Finckelth, *Disp Feud. 9. th. 1. Dn. Præses ad Disput. Feud. Schnobel. 8. thes. 25. lit. ff.* ubi hanc rem ita explicat. *Per subinfeudationem nulla fit alienatio, persona vasalli non immutatur, nec dominium utile; quod ipse vasallus à domino suo habet, abdicativè transfertur in alium, sed prior vasallus manet domini sui vasallus, post subinfeudationem aequè ac ante illam domino suo ad fidem & servitia obligatus. Itaque aliud saltem dominium utile subalternatum priori seu subfeudum Vasallus alteri constituit atque eo ipso utile suum Dominium (quod respectu subfeudi se habet, ut directum exercet,) non in præjudicium, sed potius emolumentum domini, quippe cui Vasallus melius prestare potest*

potest servitia, cum & ipse subvasallorum fideli stipatus sit ope.

Secundum hanc ergo sententiam uterque & subinfeudans & subinfeudatus seu subvasallus ratione subfeudi *desz Uffterlehns* ad adoham tenetur. Quod tamen non ita intelligimus, ac si uterque primo domino adoham prestare debeat, hoc namq; durum esset, & duplici ita onere res feudalis graveretur, sed hoc moderamine accipiendam esse volumus, ut secundum jam explicatam subordinationem vasallus primus adoham solvat primo domino, & vasallus secundus vasallo primo, domino scilicet suo immediato. E. G. Si Princeps comitem de territorio quodam investierit, hic vero de hujus Territorij parte subinvestierit nobilem, Principi Comes & Comiti nobilis ad adoham teneatur. Quæ etiam sententia est Jacobi de Ayello *d. tract. num. 67.* ubi scribit, quod singuli Comites & Barones Regni habentes subfeudatarios, tam pro terris eorum quas tenent in domanio, quam pro bonis feudalibus ipsorum subfeudatariorum suorum debitum & integrum servitium curiæ regię prestare debeant, & si petant à subfeudatariis sibi prestari servitium pro bonis eorum feudalibus, quæ tenent ipsi subfeudatarij, teneantur. Atque hæc de subinfeudante & subfeudatario. Non minor dubitatio solet esse (3.) de appanagiato, num hic quoque ad adoham teneatur, an verò primogenitus. Non enim inter Reges tantum & Principes plurimos jus primogenituræ receptum est (vid. Ceorg. Heinr. Springsfeld *de Apanag. cap. 3.* Sprenger. *jurispr. publ. pag. 252. & seqq.*) sed & circa Nobilium successiones solent esse consuetudines integrum deferentes feudum totamq; hereditatem

Qu. 3. de appanagiato, an ad adoham teneatur?



primogenito, relictis tantum alimentis cæteris fratribus, vel certâ quâdam portione loco alimentorum, vel (ut Feudistæ, Neapolitani præprimis, loqui solent) ad vitam & militiam. vid. Tiraquell. *de jur. primogen. qu. 74. n. 1.* ubi de consuetudine Britonum, Andegavorum, Cenomanorum agit. Et quidem variis argumentis & rationibus pro utraq; parte, primogenito sc. & apanagiato utitur Math. de Afflict. *d. decis. 252.* sed indecisam ferè litem relinquit, & *num. 9.* subjicit: *Fuit propter dubietatem per sacrum consistorium reservata deliberatio, & quia non reperitur ista quæstio tacta per aliquem Doctorem, ideo non est nunc decidenda, sed differenda.* Sed ne & nos indecisam relinquamus hanc quæstionem jam à multis Dd. tactam, proferamus citra ambages in medium sententiam communiorem, quæ eò tendere videtur, quod apanagiatus, vel ille, qui habet vitam & militiam, ad adoham nihil contribuere debeat. Quemadmodum enim primogenitus in universa bona succedit, solus Vassallus est, & ad servitia obligatus, ita quoque solus ad adoham tenetur. Sic Andreas de Ifern. & cum ipso Tiraquell. *d. qu. 74. n. 5.* *Si prestationem pecuniariam, scribunt, exigat Rex, eam præstabit primogenitus, & nihilominus etiam præstabit alimenta fratri, nec ex his aliquid detrahet, quia ista vita & militia equiparatur alimentis.* Ita etiam Andr. Mariconda ap. Math. de Afflict. *d. dec. 252. num. 9.* dicit: *Quod nunquam viderit hoc in quæstionem deductum, sed semper primogenitum solvere adoham, & non petere à fratribus minoribus, quod diminuantur eorum alimenta propter solutionem adoha.* Quod confirmat Jacob. de Ayello. *d. tr. n. 93.* *Ex hoc, inquit, processit communis observantia Camera, quod nunquam in adoha est*

est deducta vita & militia secundogeniti, sed solvitur integre per primogenitū, sine aliqua deductione aut contributione secundogeniti: Et novissimè approbat Springsfeld de Apanagio c. II. n. 216. Atque huic opinioni communi standum esse censemus, nisi aliud inter primogenitum & postgenitos fratres apaganiatos, abgetheilte/ abgefundene Herren actum, aut apanagiato certa bonorum feudaliū & territorij portio cum omnibus juribus, superioritate, jurisdictione, oneribus & pertinentijs fuerit cessa. (Rejicienda enim videtur eorum sententia, qui apanagia saltem in pecunia, non verò in provinciis & feudis constitui posse, & debere asserunt. Vid. Tiraquell. d. jur. primog. qu. 4. num. 48. Springsfeld. de Apanag. c. 8. n. 27. & seqq. Nicol. Betsl. de pact. famil. illustr. c. 8. pag. 337.) Hoc namque casu sicut apanagiatus fit Dominus & certo respectu Vasallus, atque personaliter servire debet, ita quoque ad adoha contributionem tenetur. Confer. Ant. de Alexand. & Thom. Gramm. allegat. in fin. dict. dec. Neapol. 252. lit. a. ubi scribunt: *Si vita & militia detur secundogenito pro omnibus his, quae hic dicuntur, (adoha videlicet, aliisque sumtibus) sequitur, quod ipse debeat pro sua rata contribuere, sicut deberet in persona servire, quoniam hoc militare servitium, quod solvitur in pecunia, succedit loco servitii, quod personaliter debet prestari.* Exempla autem, quibus in postgenitos integras provincias, & ditiones cum superioritate & omnibus juribus fuisse translatas, & in iis apanagium constitutum, probari posset, varia allegari queunt. Paucis simus contenti. In Regnis Poloniae & Bohemiae integras ditiones cum omni superioritatis, jure minoribus fratribus fuisse tributas, refert Springsfeld de Apanag. cap. II.

num. 66. Et dominos à Brederode ex stirpe Comitum Hollandiæ à fratre natu minore descendentes bona sua etiam cum supremi domini jure possidere *idem n.º 65.* refert. Id ipsum quoque in familia Comitum Ostfrisiæ observatum fuisse, constat ex decreto Cæsareo de Anno 1589. Hierüber erklären Ihre Majestät vnd wollen/ daß es nochmals dergestalt darbey verbleiben / vnd die obgezählte 3. Nempter vnd Häuser 2c. sampt allen vnd jeden darzu gehörigen Flecken / Dörffern vnd aller derselben Freyherrlich Ober- vnd Gerechtigkeits/ Gericht vnd Rechten/ allen einkommen vnd nuzungen nichts außgeschieden/ Graf Johann zu seiner gänzlich abfindung verbleiben sollen 2c. Similia exempla in Imperio nostro tacemus. Quemadmodum ergò per eiusmodi concessionem, pacta, & investituras in apanagium ratione illius terræ, in qua apanagium cum superioritate habet, (quale apanagium improprium item *conventionale* vocari solet) varia jura, collectandi, conventus provinciales indicendi, & similia transferuntur, quæ cæteroquin apanagiatis negari solent. Vid. latè & eleganter Springsfeld. *de Apanag. d. cap. 11. num. 138. 193. 198. 201. & 208.* ubi de Apanagio improprio scribit: *Si verò Apanagiatus speciatim de Apanagio ab Imperatore cum superioritatis jure est investitus, tunc propria auctoritate sine consensu primogeniti ipsi jus collectandi competit.* Ita quoque pro commodo, quod sentit & ob jus in re, quod habet, meritò onera ferre, servitia præstare, & adoham solvere debet.

Quer. 4. de creditore & debitore, uter teneatur.

Quæri (4.) potest de creditore pignus possidente, num hic, an verò Vasallus debitor, ad adoham teneatur. Et quidem creditorem ad adohæ solutionem nul-

nullatenus cogendum esse, ex eo colligi posset, quod (1) creditor possessor non sit. *l. 15. §. creditor. 2. ff. qui satisdar. cog.* servitia autem feudalia, consequenter quoq; adoha, à possessore, qualis est Vasallus pignoris causa fundum feudalem tradens. *l. 36. ff. de acquir. vel am. possess.* sint præstanda, ut supra pag. 17. dictum. (2.) quod servitia feudalia, & quæ ipsis surrogatur, adoha, non directò ex re, sed ex fidelitate & obligatione Vasalli debeantur, Rosenthal. *de feud. cap. 8. concl. 5. lit. f.* Creditor a. pignus tenens neque Vasallus, neq; ad fidem obligatus sit. Quæ ratio est, quod nec (3) creditor pignoris iure feudum tenens contingente quodam mutationis casu ad petendam investituram sit cogendus, nec ob non petitam pignore privandus. Vultej. *de feud. lib. 1. c. 9. n. 60.* Dn. Præses *Disp. feud. 5. lit. m. in fin.* ubi tradit, quod ita M. Nov. 1665, responderint Jcti Jenenses: *Weilen B. nur ein bloßer Pfandsinhaber gewesen / hat Er nicht ursach gehabt / umb die Belehnung anzuhalten.* Sed obstat, (1.) quod Creditor alibi possidere & successionem habere dicatur. *l. 35. §. 1. de pign. act. d. l. 15. §. 2. qui satisdar. cog.* (2.) quod propter possessiones pignori datas ad collationem viarum muniendarum vel *quodlibet aliud necessarium obsequium* teneatur, ut colligitur ex *l. 6. C. de pignor. & hypoth.* Imò (3.) quod pacto demū (licet illud quantum ad rationem fisci non sit servandum) onus tributi, prædii pignorati, & necessitas solvendi à creditore in debitorem transferatur *l. inter debitorem. 42. & l. epistola 52. §. 2. ff. de pact.* Ergò regulariter, ejusmodi scil. pacto deficiente, ad tributa & onera realia consequenter ad servitia & adoham ex re feudali oppignorata præstanda & solvendam creditor teneatur, cum non tam
 per-

personæ, quàm ipsa prædia conveniantur. l. 7. ff. de publ. & vectig. add. Ægid. Thomat. de muner. patrim p. 445. & seq.

Ne indecisam relinquamus hanc Controversiam videamus, num creditor feudum tenens fructus lucretur, neq; in sortem vel interesse illos imputet (quod tamen rarius fiet Conf. Schrad. de Feud. p. 10 s. 6. n. 63.) num verò debitor fructus percipiat, aut quidē creditor, sed ut in sortem aut usuras illos imputet. Primo casu, creditorē utpote fructus lucrantem ex æquitate ad servitia consequenter adoham obstructum esse, volunt Dd. ut constat ex traditis Bart. ad l. si finita. 15. §. 26. ff. de damn. inf. Rosenthal. cap. 8. concl. 5. num. 5. ubi scribit: *Creditor, missus in utilitates & commoditates feudi, serviat, si fructus lucretur. Hoc enim videtur sequi ex Bartoli & sequacium opinione, dum ajunt, ob æquitatem immissum ex causa damni infecti servire debere, quia fructus lucretur. Eadem enim æquitatis ratione, si casus eveniret, quo creditor ex statuto forte vel pacto fructus lucraretur, & non imputaret statuendum, quod servire deberet &c.* Posteriori verò casu ipsum Vasallum servire, & adoham solvere debere verius est. Hic enim ex investitura & facta promissione ad hoc obligatus est, & fructus percipere videtur eo ipso, quod à creditore in sortem aut usuras imputantur, & vasallus ita paulatim liberatur, ut loquitur. Bartol. d. l. Rosenthal. dict. conclus. 5. n. 6. Non tamen hac sententia dominum à jure exigendi servitia aut adoham à creditore, feudi possessore, excludimus, quippe cui potius electionem tribuendam esse censemus, Vasallum debitorem, aut creditorem feudum possidentem de præstandis servitiis aut solvenda adoha requirendi, cum per obliquum creditor, si salvum habere velit jus pignoris ad servitia aut

aut adoham compellatur, ne domino in defectum ser-
vitorum feudum committatur. Rosenth. *d.l.n.6 & lit.f.*
Sed hoc saltem volumus, quod sicut creditor pignoris
possessor solutas collectas aliaq; præstita onera in sum-
mam debiti computare, & ita à debitore domino re-
petere potest. *d.l.6.C.de pignor. Ægid Thomat. d. tr.*
pag.446. Ita quoq; Creditor, quod pro vasallo solvit, ex
fructibus deducere, vel à vasallo repetere queat, atque
sic in effectu Vasallus adoham solvere teneatur. *add.*
Schrader. de feud. part.6. cap.6. nnm.71. Rosenthal. d.l.

Cæterum (5) non conductorem prædii feuda-
lis ad adoham teneri, sed locatorem, vel si conductor
illam solverit, eandem à locatore repetendi facultatem
habere facile constat. *arg. l. un. §. 3. ff. de via publ.*
Confer. quæ supra *pag.17.* de illo, qui alterius nomine
fructus percipit, dicta sunt. Etenim cum locans Va-
sallus Dominus sit prædii (considerato ipsius utili do-
minio) & pecunia quæ ab eo recipitur, repræsentet fru-
ctus; Ideò tam ex capite, quod sit Dominus prædii,
quam ex eo, quod fructuum sit dominus, functiones de-
bitas sustinere tenetur. Illustrari hæc possunt. *ex l.4.C.*
de agric. & censit. & iis, quæ tradunt Bald. ad l.2. C. jur.
Emphyt. Ang. in l. adiles. ff. de via publ. Vincent. Caroc.
de Locat. part. 2. tit. de Collect. Hahn. ad Wesenb. t. locat. n.16.
ubi docent, quod cōductōr oneribus realibus haud gravari
debeat, & si quid forte ipsum solvere contigerit, possit repe-
tere à Locatore. Et quamquam nonnulli inter condu-
ctorem ad longum aut longissimum & ad breve tempus,
distinguant & illum ut collectari, ita quoque aliis præ-
stationibus gravari posse asserant, cum ex tali locatio-
ne ad longum tempus dominium censeatur translatum,

*Qu.5. An lo-
cator an ve-
rò cōductōr
ad adoham
teneatur?*

D

ut

ut volunt Alexand. *vol. 3. consil. 105.* & antiquorum Dd. quamplurimi, quos etiam sequi videtur Jacob. de Ayello *d. tr. num. 59.* Ab aliis tamen hæc sententia utpote fundamento satis fragili aut nullo innitens merito rejicitur, cum locatio dominium non soleat mutare *l. 39. ff. de Locat.* & perpetua conductio sit & maneat conductio. *l. 10. Cod. eod.* Confer, Franzk. *Comm. ad ff. tit. Locat. n.º 19. & seqq.* Hahn. *d. l. n. 8.* Hinc in simili Ægid. Thomat. *d. tr. pag 421.* *Probatissima, scribit, mihi videtur opinio illa, quod qui conduxit predium ad pecuniam, ad præstationem munerum non teneatur.*

Quer. 6. An adohæ à defuncto debitam successores feudales an heredes in alodio solvere debeant?

De eo denique controversia moveri potest, si Vasallus ad servitia præstanda aut solvendam adoham requisitus fuerit, neutrum verò præstiterit, & postea decesserit, num successores in feudo, num verò heredes allodiales domino teneantur ratione omiſſe hujus præstationis, wegen des rückstandes. Decisio quæstionis ab eo dependet, an adohæ solutio fiat in perpetuam feudi utilitatem, & ita onus sit seu debitum feudale eine Lehns schuld / nec ne. Sed cum hac de re acturi simus infra capite 5. Ideò controversiæ hujus decisionem in illud rejicimus, & ad alia properaturi caput hoc absolvimus.

Caput IV.

De Adohæ Quantitate.

Vasallum, indicta publica expeditione, à domino suo vocatum vel venire, vel alium domino acceptabilem pro se mittere, vel stipendium pro servitio solvere

206: (27): 50

vere debere manifestum est ex text. 2. Feud. 55. §. firmiter. Sed si domino consentienti solvatur adoha, de eisdem quantitate maxime quæritur. Et quidem 2. Feud. 40. §. similiter. disponitur, quod Vasalli, qui cum dominis non vadunt, in Lombardia de modio XII. denarios, in Teutonica vero terra tertiam partem fructuum prestare debeant, facta computatione fructuum ejus solummodo anni, quo hostem faciunt. Et ponit Alvarott. ad dict. text. num. 2. rationem, quare fuerit constitutum, ut in Lombardia contribuere pecunia, in Germania vero fructus rei feudalis, quod scilicet Itali plus habuerint pecuniæ, quam Germani. Sed istam variationem correctam esse à Friderico, ex text. 2. feud. 55. apparet, ubi disponitur, tam in Italia quam in Alemannia vel personaliter servendum esse, vel substitutum habilem & acceptabilem mittendum, vel dimidium redditus feudi unius anni Domino subministrandum esse. Confer Schneidevv. de feud. part. 5. num. 114. Ex quibus constat, Jure Feudali quantitatem Adohæ consistere in medietate aut dimidia parte fructuum ac reddituum feudalium unius anni, Conf. Jacob. de Ayello d. tract. num. 53. ubi circa finem subjicit: Licet Andr. in d. §. firmiter. dicat, medietatem fructuum illius anni adoham constituere, tamen puto, quod velit dicere: unius anni, quia secundum consuetudines non habetur ratio fructuum illius anni, quo imponitur, sed unius anni, & quando de novo taxatur, coacervantur tres anni & dividuntur. De modo computandi & taxandi fructus & redditus unius anni Confer Salicet. ad auth. perpetua. C. de SS. Eccles. num. 2. Didac. Covarruv. variar. resol. libr. 3. cap. 9. num. 5. ibique allegatos eò tendentes, quod justa pensio annua hæc videatur, quæ 20. annis

Quæ primis fuerit adoha quantitas?

Adoha quomodo postmodum determinata?

Quomodo fructus & redditus unius anni taxandi?

D 2

con-



conficiat æstimationē fundi, & ea justa æstimatio fundi
 quæ æquivalet 20. annorum pensionibus. *arg. Nov. 7. c. 3.*
 §. 2. qui in textus ad probandam hanc sententiam tantum
 facere videtur, quantum ad illam infringendam textus
in l. si quis argentum. 35. §. si autem donator 3. C. de donat.
 & *Nov. 120. cap. 9. princ.* juxta hunc ergo taxandi mo-
 dum si e.g. feudum constaret 20000. Imper. annua pen-
 sio vel annuus reditus consisteret in 1000. ejusque di-
 midia pars nempe 500. Imp. conficerent adoham Do-
 mino pro servitiis præstandam. Alio taxandi modo
 utitur Matth. Coler. *cum alleg. Proc. execut. p. 3. cap. 9.*
num. 132. & seq. ubi quoque agit de æstimatione von
 anschlag der beständigen und unbeständigen steigenden und
 fallenden Gefällen und Nutzungen primo loco suadens,
 ut annui reditus in certa pecunia, item in certa mensu-
 ra vel pondere consistentes separatim ponantur, (de iis
 enim res clara est, & uniuscujusque anni iidem sunt re-
 ditus) incerti autem ita deinde colligantur, ut ex libris
 rationum auß denen Rechnungen e.g. per 12. annos re-
 digantur in unam summam seu quantitatem omnes fru-
 ctus incerti & variabiles de toto illo tempore, ultra
 sumtus & expensas in res factas residui, & summa ita re-
 ducta ex annis pluribus iterum per 12. dividatur, quod in-
 de provenit junctum cū certis & invariabilibus reditibus
 unius anni, quantitatem fructuum & redituum unius
 anni, & hujus portio dimidia adoham efficiet.

*Quantitas
 adohæ varia
 secundum
 varias con-
 suetudines
 diversaque
 jura.*

Sed utat jure feudali communi hæc ita se habeant,
 & taxari atque computari ita possint reditus, non tamen
 ubique locorum una eademque adohæ quantitas est, sed
 pro varia locorum ac Regionum consuetudine variat,
 Georg. Schultz. *Syn. Feud. c. 10. n. 41.* Plerisque sanè lo-
 cis

cis certa cuique feudo constituta sunt servitia , ut unusquisque Vasallus secundum feudi sui conditionem facultatesque 1. 2. 3. 10. 20. pluresve Equos ad servitia domino præstanda alat (qui propterea *Lehnypferde / Ritterpferde* vocantur) & quasi in procinctu sit , ut vocatus à domino cum hisce equis (totidemq; militibus. Solos namque equos nihil ad defensionem Domini aut ad pugnam facere satis manifestum) comparere , dominoque suo servire possit. add. Wehner. observ. *Pract. voc. Ritterdienste*. Proinde mensura vel modus taxandæ adohæ ad numerum equorum regulari , & quodlibet servitium militare aut quilibet equus , *ein jedes Lehn- oder Ritterpferd /* certa pecuniæ summa æstimari solet. In Sicilia quantitatem unius equi ratione adohæ esse 20. unciarum scribunt Camill, Borell *in summ. decis. p. 1. t. 37. n. 7.* Springsfeld. *de Apanag. cap. II. n. 226* In Saxonia ejusmodi servitium militare seu unus equus 1000. florenis Sax. æstimari , & propterea , quando taxantur bona feudalia, æstimationi feudi detrahi solet Schultz. *Syn. feud. c. 10. n. 42.* Dn. Præses *ad Disp. Feud. Schnob. 8. thes. 18. lit. gg.* Sed hi 1000. floreni ut fors, als ein *Capital* se habent, ad quam non ineptè adohæ quantitas determinari posset, ut scil, unius anni adoha ratione unius equi faceret 50. florenos Saxon. *thun nach gemeiner Reichswährung 65. fl. etlich dreyssig Kr. oder 43. Rthlr. etlich 60. Kr.* Domini tamen arbitrio quantitatem submittendam esse statuit Springsfeld. *d. l. num. 227.* Mitius adhuc cum Vasallis alibi fuit actum , dum de solvendis saltem 40. Imperialibus pro uno equo seu equite fuerunt requisiti , domini tamen jure omninò salvo. In Imperio nostro si belli tempore consensu Imperatoris,
Electo-

Electorum & Statuum cōtra communem hostem adoha seu stipendium pro servitio militari solvendum, quantitas æstimari solet nach dem anschlag des Rōmerzugs, quem exhibent *Limn. jur. publ. tom. 1. lib. 4. n. 67.* Reink. *de Reg S. & E. lib 1. claff. 4. c. 1. post n. 65.* Vid. *R. A. de Anno 1594. §.* Wiewol nun Churfürsten, *verbb.* eine Hülffleistung auff den einfachen Rōmerzug N. Monath an Gelde zur eilenden vnd beharrlichen Hülff zu erlegen bewilliget. *R. A. 1582. §.* Wann dann dem H. Reich *R. A. de Anno 1603. §.* nichts desto weniger, *confer. supr. cap. 1. in f. ibiq. all. Limn. & Carpzov. Wehner. obs. pract. voc. Rōmerzug.* Et quoniam quilibet S. R. I. Status suam quotam habet, quot scil. equites & pedites mittere debeat, ideòque pro illa quota etiam adohæ quantitas determinatur, ita ut pro pedite per mensem solvantur 4. pro equite 12. floreni. *R. A. de Anno. 1544. §.* vnd wiewol gemeine & §. vnd damit nun, e. g. si Status Imperii juxta taxam, nach dem Anschlag/ mittere deberet 10 zu Pferde vnd 40. zu Fuß. Pro illis per mensem 120. pro his verò 160. flor. & ita in summa 280. floreni essent solvendi. Jure quidem Sax. antiquo decima portio reddituum feudalium adohæ loco fuit præstanda, die Fahrt hat müssen gelöst werden mit dem 10. Pfunde des Zinses/ den der Vasall jährlich vom Herrn hat. *vid. supr. cap. 1. pag. 6.* Sed hodie aliud servari, & numerum equorum aut equitum in æstimatione adohæ attendi solere modò fuit dictum. De cætero, cum augeantur sæpe feuda disquiritur circa quantitatem adohæ, num aucto feudo adoha quoque augeatur? sunt qui absolutè negant, servitia, consequenter etiam adoham, augeri aucto feudo, eò

Qu. an aucto feudo etiam adoha augeatur?

edò quod in Vasallum translatum censeatur utile domi-
 nium & possessio, neque dominus in concessione sibi
 aliquid, præter proprietatem, reservaverit. Vid. Finckelth.
Disp. Feud. 9. th. 20. lit. c. & d. Rittersh. *part feud. lib. 2.*
cap. 2. qu. 4. Schultz. *cap. 10 n. 53.* Sed placet sententia
 distinguendum inter incrementa Vasalli industria ac-
 cedentia, & illa, quæ ex beneficio domini vel sola o-
 perante natura accedunt, veluti per alluvionem. Illo-
 rum ratione majora servitia haud esse præstanda æquius
 videtur. Horum verò ratione majora servitia præstan-
 da esse & ita adoham qq. augeri haud absurdè affirma-
 tur, præprimis si incrementa fuerint magna, vid. plur.
 Schrader. *de feud. p. 5. cap. 6. num. 28. & 29.* Rosenthal.
cap. 10. concl. 44. num. 54. & seqq. Jacob. de Ayello. *d. 11.*
num. 50. 51. & 55. uti simul agunt de quæstione, an im-
 minuto feudo servitia & adoha quoque minuantur?

Caput V.

De Adohæ qualitate & quando solvi debeat?

QUum inter *onera feudi & onera feudatarij seu Vasal-*
li à plerisque Dd. rectè discrimen constituatur, ita
 ut illa sint, quæ feudo ipsi tenacissimè inhærent, illud
 semper comitantur, ut contra quemvis rei feudalis pos-
 sessorem actio inde detur quasi in rem scripta; Hæc
 verò,

*Qu. an adoha
pertinet
ad onera
feudalia?*

verò , quæ cum ipso feudo nullam habent communio-
nem , sed saltem in persona ipsius Vasalli quiescunt, ita
ut ipse saltem Vasallus ipsiusque heredes, non verò ter-
tius possessor ob ea conveniri possint, Vid. Barth. Came-
rar. *ad L. Imperial. de prohib. feud. alien. p. 82. & seqq.*
Hartm. Pistor. *p. 2. quest. 73. num. 9.* Berlich. *p. 2. qu. 55.*
num. 31. ibiq. alleg. non immeritò inquiritur in adohæ
qualitatem , num. debitis ac oneribus Feudi, den *Lehn-*
schulden/ num. verò oneribus Feudatarii seu debitis he-
reditariis den *Erbschulden* annumerari debeat? Utili-
tas quæstionis in eo consistit, ut sciamus, quis ad solu-
tionem adohæ debitæ à Vasallo defuncto teneatur. Et-
enim si pro onere feudi adoham habemus, sine dubio
ad adoham à defuncto debitam solvendam successor in
feudo, licet non fuerit Vasalli heres in allodialibus, neq;
ipsius descendens, tenetur, sin vero pro onere feudatarii,
illam agnoscimus , ad solutionem actio saltem contra
heredes defuncti Vasalli datur. Et quidem communis
est Dd. sententia , pro onere feudali illud demum ha-
bendum, quod vel in pignore se fundat, vel in versione
in utilitatem feudi. vid. Hartm. Pistor. *d. l. Carpzov.*
de Onerib. Vasall. feudalib. decad. 4. posit. 7. n. 10. 21. & 22.
ubi scribit : *Propria & genuina differentia , quæ ipsum*
tangit nervum , inter debita feudi & feudarii ex the-
mate nostro satis elucescit, præter illa enim , quæ jure pi-
gnoris feudo innituntur , ac propterea pro feudalibus in-
dubitato habentur , reliqua omnia in utilitatem feudi sint
versa necesse est , quare si hoc demonstrari nequeat à cre-
ditoribus , credant certè , se ne hilum ex feudo impetra-
turos. Pignus pro adoha in feudo constitutum esse nul-
lo textu probare possum , neq; etiam pignore opus aut
Ali

illi locus esse posse videtur, cum feudum jam tunc sit
 in proprietate & bonis domini, & in hujus facultate
 positum, ob denegata servitia recusatamque adoha so-
 lutionem Vasallum utili dominio privare, illudq; sibi
 applicare. *1. F. 21. 2. F. 24. & 55. §. firmiter.* quo remedio
 si dominus vivo Vasallo non fuerit usus, neq; de Vasalli
 felonia conquestus, culpa remissa, & actio ad privatio-
 nem tendens sublata censetur. *arg. l. 7. C. de revoc. donat.*
vid. Rosenth. c. 10. concl. 40. n. 1. 38. 41. & 44. Hartm. Pistor.
l. 1. qu. 35. Ad perpetuam feudi utilitatem adoham sol-
 vi statuit quidem Ant. de Alexand. ap. Math. de Afflict.
decis. Neapol. 252. n. 2. Sed pauci sunt, qui hunc se-
 quuntur. Quæ enim feudi utilitas ex servitiis aut ado-
 ha? *Carpzov. de Onerib. Vasall. Feudal. decad. 4. posit. 8. n. 16.*
Berlich. p. 2. concl. 55. num. 75. Neutro itaque respectu
 (sc. neque juris autoritate neque ob versionem in uti-
 litatem feudi) ad debita feudalia, ut ipsum feudum
 afficiat, & ad quoscunque possessores transeat, adoha
 commodè referri potest, sed pro onere seu debito Va-
 falli potius habenda, cum ratione servitorum præstan-
 dorum solvendæque adohæ ipse fructus percipiat, & ex
 iis onera & servitia sustinere ac præstare debeat *Carpz.*
d. posit. 8. n. 21 & 22. & Jurispr. for. p. 2. c. 46. def. 34. n. 5.
Struv. Synt. Feud. c. 14. aph. 16. n. 2. Ex quibus sequitur,
 heredes allodiales, non vero successores in feudo ad sol-
 vendam adoham à defuncto debitam teneri. *Carpzov.*
d. pos. 8. n. ult. Sicut ex iisdem quoque rationibus con-
 tributionem illam pecuniariam, quam in Saxonia *Præs-*
sentgeld vocant, non feudalibus debitis ac oneribus sed
 debitis Vasalli annumerat, & heredes allodiales ad hu-
 jus exsolutionem teneri statuit idem *Jurispr. forens. d.*
E const.

An as alie-
num ad sol-
vendam a-
doham con-
tractum in-
ter debita
feudalia re-
ferendum.

Num ado-
ha onus per-
petuum sit,
ut quotan-
nis exigi
queat.

const. 46. def. 35. Minor dubitatio poterit esse secundum
jam tradita de ære alieno quod Vasallus contraxit,
dum ad solvendam adoham ab alio creditam pecuniam
accepit. Sicut enim debitum, ratione servitii milita-
ris domino præstandi contractum, debitum feudale non
est, neque creditori à successoribus in feudo solvendum.
Carpzov. d. def. 34. & posit. 8. num. 12. & seqq. Ita eadem
quoque illius pecuniæ ratio, quæ ad solvendam adoham
Vasallo mutuò data. Sed consideratâ hac adohæ quali-
tate in aliam nunc inquiramus, indagaturi, num adoha
gravamen & ònus sit perpetuum, ita ut quotannis, etiam
cessante bello, exigi queat, an verò belli demùm tempore
& urgente necessitate à Vasallis præstanda sit? Servitio-
rum vicem subintrare adoham communis Dd. regula est,
quam & supra sæpius allegavimus. Servitia autem non
continuò & certis temporibus, sed per intervalla & tunc
præstanda esse, quando Dominus illis non solum belli, sed
& pacis tempore indiget, vel in periculo constitutus est,
satis est manifestum, *vid. text. 2. F. 7. & 26. §. licet. Kohl.
de servit. feud. p. 4. num. 34. Struv. Synt. Feud. c. II. aph. 5.
num. 2.* ita ut nec distinctio facienda, an servitio & ope
Vasalli ad sui defensionem indigeat Dominus, an verò
ad alios justè offendendos, cum utroque casu Vasallus
ad præstationem servitiorum teneatur, ut constat ex *text.
2. F. 7. add. text. 2. F. 28.* Adoham itaque non quidem
certis diebus aut annis, sed quando servitia præstanda
sunt, solvendam esse ex surrogatorum natura asseren-
dum vid. *Springsfeld. de Apanag. c. II. num. 223.* nisi pa-
cto statuto aut consuetudine aliud introductum, & ado-
ha perpetua effecta fuerit, qualem adoham perpetuam
in Regno Neapol. existere scribit *Camill. Borell. d. summ.
dec. p. 1. tit. 37. n. 5. & 12.* Cæterum num domino guerram

injustam facienti etiam solvenda adoha, dubitari posset? Num domi-
 Et quidem si res adeò clara esset in materia servitiorum, no bellū in-
 decisio jam esset in promptu. Cum verò etiam inter an- justum ge-
 tiquissimos hac de re controversia fuerit, aliis inter de- renti ado-
 fensivum & offensivum bellum, causam itidem irratio- ha solven-
 nabilem, & dubiam distinguentibus, aliis verò sine di- da?
 stinctione domino semper auxilium ferendum esse sta-
 tuentibus, ut constat ex *text. 2. F. 28.* & juris feudalis
 interpretes circa explicationem hujus textus varient, du-
 bius ipse hæsi, quid respondendum. Sed tamen in hac
 sententia tandem confirmatus fui, etiam adoham domi-
 no solvendam, licet de causæ suæ justitia dubitari posset,
 aut illa injusta fuerit. Sicut enim feudum tenet Vasal-
 lus ex beneficio domini, ad hoc, ut servitia præstet, aut
 adoham solvat, hasque præstationes juratò promisit,
 ita quoque, quæ pollicitus fuit, quamdiu feudum tenet,
 præstare obstrictus est, cum fidem se dedisse & juramen-
 to sese domino suo adstrinxisse magis manifestum sit,
 ac manifesta erit causæ, quam dominus defendit, inju-
 stitia Neq; etiam facultas ipsi Vasallo tribuenda est & au-
 thoritas, de causâ domini, justane illa sit, an injusta,
 cognoscendi & judicandi, atque ita se ipsum ab obliga-
 tione liberandi & eximendi, alioquin jus domini facile
 eluderetur, & Vasallus de præstandis servitiis aut sol-
 venda adoha requisitus semper excipere posset, causam
 domini esse injustam, quo casu necesse esset, ut domi-
 nus in periculo constitutus, antequam adjutorium Va-
 falli exigeret, causam suam in judicio proponeret, su-
 per illius justitia cum Vasallo suo litigaret, & ipsum
 per sententiam alius judicis ad præstanda ea, quæ pro-
 misit & ex feudi natura debet, cogi faceret, quod meo

quidem iudicio satis absurdum, & feudorum dominis injuriosum nimis atque durum. Fidelis & obediens esse debet Vasallus domino, *trew/gehorsam vnd gewärtig.* Vera autem obedientia non debet esse disputatrix. In hoc enim, ut eleganter scribit Robert. Sanderfon. Theol. Angl. de obligat. conscientie prælect. 6. num. 12. consistit obedientie ratio, ut se quis alterius voluntati sine aliqua disceptatione subjiciat, nimis enim delicata est obedientia, ut scite Bernhardus, quæ transit in genus causæ deliberativum. Itaque si requisitus fuerit Vasallus de serviendo aut adoham solvendo à domino in periculo constituto, non attenda causæ qualitate, præstiti potius juramenti, datæ fidei, & feudi sui, quod propter servitia præstanda tenet, memor sit, & aut serviat aut adoham solvat; causæque justitiam domini conscientie committat, alioquin feudo suo periclitabitur. Neque ita contra conscientiam peccare Vasallum credimus, ut quidam volunt per *C. qui consentit. caus. 11. quest. 3.* Et enim dum domino requirenti, cui fidem & adjutorium juratò promisit, à causæ justitia abstrahendo adoham solvit, potius datæ fidei satisfacit, quam conscientiam suam lædit, cum non Vasalli sed domini conscientia stringatur, si pecunia sibi soluta & quæ sibi debetur, hic malè utatur. Quadrare huc videntur ea, quæ de subditorum obligatione tradit modò all. Sanderfon *præl. 5. n. 7. vers.* qua intentione, & quæ de eadem materia scribit Hobbes *de cive c. 12. art. 2.* Si jubeor facere, quod peccatum jubentis est, modò qui jubet, jure dominus meus sit, id si facio, non pecco. Non enim si milita vero (multò minus si stipendium saltem aut adoham solvero) jussu civitatis vel domini putans bellum injustè susceptum esse, idcirco injustè fecero, sed potius, si militare re-

casu vero, cognitionem justī & injustī, quae ad me non per-
tinet, mihi arrogans. Quod si tamen nihilominus con-
 scienriæ suæ vim fieri putet Vasallus, aliud habet reme-
 dium, nimirum: refutationis. Feudum, inquam, quod do-
 mini proprium est, ipsi refutare potest, modo refutatio
 non fuerit intempestiva. Neq; infringitur hæc opinio
 ex eo, quod excommunicatum aut bannitum dominum
 non adjuvare debeat Vasallus, ut dicitur *in text. 2.F.28.*
 & quod deponenti depositum non sit restituendum, si
 furiosus ille fuerit, vel re deposita abuti velit, vel ad se
 vel ad alios occidendos. *C. ne quis. 14. caus. 22. quest. 2.*
 Quod illustrari potest ex illo Ciceronis *lib. 3. de Offic. vs.*
Si gladium quis ap. te sana mente deposuerit, &c. Longè
 enim alia ratio illius, qui ratione personæ inhabilis est
 ad bellum gerendum, & qui jam tum per tali declara-
 tus, v. g. banniti, furiosi, privati contra Remp. Alia
 verò illius domini, qui ratione personæ habilis est, sa-
 næ mentis, quive belli jure gaudet, & cui nulla alia,
 quam quæ ex causæ qualitate desumitur, opponi potest
 exceptio. Accedit, quod in *d. 1x. 2. F. 28.* non restrin-
 gatur adiutorium Vasalli ad guerram justam, sed se-
 cundum quosdam remittatur saltem serviendi necessitas
 Vasallo, si *palàm sit*, quod dominus guerram *irrationa-*
biliter faciat, aliosque offendat. Et hæc salvo aliorum
 rectius sententium iudicio. Denique circa qualitatem
 adoha & illud in quæstionem venit, an remissa à pri-
 mo domino adoha, secundus quoq; dominus suis Va-
 fallis seu subvasallis illam remittere debeat, an verò
 illa nihilominus secundo domino, si illam exigat, sol-
 venda? Affirmamus posterius per ea, quæ supra p. 18.
 de diversa inter primum Dominum & Vasallum, atq;
 inter hunc & suos Vasallos obligatione diximus. Hinc

An remissa
 Adoha Va-
 fallo illa
 quoq; sub-
 vasallis re-
 mittenda?

Jac. de Ayello *d. tr. n. 60.* Et si Dominus, quærit, Baroni remisit servitium seu adoham, an Baro possit exigere à Vasallis portionem cum tangentem, an verò intelligatur etiam remissa Vasallis? dic quod non, respondet ipse, & Baro poterit exigere illam à Vasallis, nisi Rex illam remisit contemplatione Vasallorum, quod in dubio non præsumitur. Add. quæ de remissis servitiis scribit Schrader, *de Feud. p. 6. c. 6. n. 17.*

CAPVT VI. & VLT.

De Adohæ effectu.


PAuca addamus de Adohæ effectu, qui potissimum in hoc consistit, quod Vasallus adohæ solutione se se à servitiorum præstatione liberare queat (vid. tamen quæ supr. pag. 12. de concurrente domini voluntate diximus) & ita feudo non possit privari 2. F. 55. §. firmiter. Item quod ex solutione adohæ probetur aut ad minimum præsumatur rem illam, ex qua adoha soluta, esse feudalem. vid. Rosenth, *de Feud. cap. 6. concl. 26. n. 10.* Alios effectus, quos adohæ solutio cum servitiorum præstatione communes habet, jam taceo, & in hisce præsentis Disputationis Inauguralis, quam accedente aut potius præcedente Nobiliss. Dn. Præsidis informatione fidelissima in chartam conieci, terminum finemq; pono.

COROLLARIA.

1. Et tunc tacitum pactum de non petendo censetur initum, si ex pluribus instrumentis, quæ penes se creditor habet, unum debitori fuerit redditum.
2. Ob impensas in rem depositam factas retineri posse depositum verius videtur.
3. Reservato, usque dum pretium fuerit solutum, à venditore dominio, rei tamen vendite apud emptorem extantis periculum ad ipsum emptorem pertinere arbitramur.

S. D. G.





01 A 6616


ULB Halle 3
002 936 178




TA-FL

WDR







B.I.G.

Farbkarte #13

D. XLV.

JURIDICA INAUGURALIS

De

PHILOSOPHIA,

28

Quam
e Divino Numine
T AUTHORITY
CTORUM ORDINIS
HAC ELECTORALI
ADEMIA

Æ S I D E
mo Excellentissimoque

IANO ERNESTO
U.D. Pandect. Prof.

Juridicæ h.t. Decano
tore suo atatem colendo

LICENTIA
e Jure Honores Privilegia

ritè & legitimè consequendi
enni Literatorum Examine
submittit
NDORPFF, Hamm.

co- Westphal.
orum Ad D. 30. Jan.

ELBERGÆ,
Walteri, Acad. Typogr.

DC LXXIII.